

D.  
HIERONYMI  
BORGIAE J.C.  
INVESTIGATIONES  
JURIS CIVILIS

*Dei lib. et Collegio romanae auctoritate*

D.

**HIERONYMI  
BORGIAE J. C.  
INVESTIGATIONUM  
JURIS CIVILIS  
LIBRI XX.**

In quibus

**ANTONIJ FABRI J. C.  
CONIECTURÆ  
INVESTIGANTVR ET REFELLVNTVR**

Quidve

*Circa easdem in Foro receptum sit  
In gratiam Pragmaticorum disquiritur.*



NEAPOLI, EX OFFICINA BULFONIANA MDCCCLXXVIII.  
SVB SIGNO SIRENIS

*STYRIORVM PERMISV ET PRIVILEGIO.*





EMINENTISS. ET REVERENDISS. PRINCIPI

D. D.

INNICO CARACCIOLO

S. R. E. CARDINALI

AMPLISSIMO

ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO.

*D. HIERONYMVS BORGIA. F. P.*



**C**V M annorum multorum studio, cæteris prætermiſſis Operibus, hos Legalium Inveſtigationum Libros Confece- rim, Sanctorumque ſub patrocinio meorum di- viſis partibus, & diſpoſitis foras emiſerim: Animad- verti E. Dom. Deſenſionis tutelam alteram adhuc cun- ctos expoſcere, nam & libros quoque juvare credunt Experti, quod magno, & ſuperelato Nomine inſcriptam habeant frontem, poſ- ſintque illud (Caſaris ſum) uſurpare. Quod ſanè per quam neceſ- ſarium hodiè adverſus invidiæ Calumnias, quæ impudens, & aliquan- do ſacrilega quemlibet mordere ſolet audacèr. Idcirco operæpretium duxi Opus integrum NOMINE tuo obſignatum prodire. Nomine in- quam tuo non alio, nam hoc laudatum ubiq; cultumque, non ſo- lum Atavorum Celſitudine AVROLÆ DUCVM, è priſcis illis CARAC- CIOLIS, qui ſplendore Regiæ proſapiæ ( juxta patrios hiſtoricos, exte- roſque, tum etiam Græcos Zonaram, & Cedrenum,) magnitudine do- minatus, geſtiſq; heroicis, fuerunt, & ſunt totius Europæ nedum Regni Parthenopæi ornamentum, & decus; Verum etiam tuis præcipuè Eminentiffimis virtutibus factiſque Egregijs. Quis enim non expe- ritur, in Teque uno miratur, aſſiduè in gubernando operoſam

ma-






D.

# HIERONYMI BORGIAE J.C. INVESTIGATIONUM JURIS CIVILIS

PARS PRIMA PRIORES LIBROS QVINQUE COMPLECTENS.



CAPVT I.

De interpretatione l. qui Romae 122.  
D. de verborum obligat.

S Y M M A R I U M.

- 1 Verba textus.
- 2 Quibus plures date interpretationes.
- 3 Vera interpretatio.
- 4 Ostenditur hanc veram esse.
- 5 Incongrua oblatio in hac l. etiam tempore.
- 6 Fabri expositio.
- 7 Impugnatur.
- 8 Fabri consideratio.
- 9 Revertitur.
- 10 Cur ad usuras vitandas non profuit oblatio in hac l.
- 11 Repetentium, & Pragmaticorum opinio.
- 12 Quibus modis oblatio fiat incongrua, & primo de loco.
- 13 De oblatione verbali.
- 14 De oblatione incongrua tempore.
- 15 Quid dicendum in passio de retrovendendo.

- 16 Si creditor statim petat, impugnetur non tempore petiti.
- 17 De oblatione incongrua ratione quantitatis.
- 18 Pecunia debet offerri in tali aequalis, & ponderis.
- 19 Non debet esse de proximo abroganda.
- 20 Deponi etiam debet, quod solvendum est pro spontalis.



Ut inquam verisimilium sit ex Scèvevole Responsis plurima in juris nostri libris occurrere, que obscura, & implicita sunt; Non tamen ex horum numero est illud, quod habetur in l. qui Romae 122. D. de verborum obligat.

Et tamen licet non facile sit, effugit Antiqui Fabri obitum, adeo ut in eo exponendo conjecturis sibi opus esse existimaverit in primo suarum conjecturarum capite, quod in presenti investigatione elucidabimus.

Et tunc cum Juris Consulti verba haec sint.  
1 Qui Romae mutuum pecuniam acceperat solvendum in longinqua provincia per menses tres, et tunc ibi dari stipulatus spondidisset; post paucos dies Romae, testato, creditori dixit, paratum se esse Romae eam numerare, detrecta ea summa; quam creditori suo usurarum nomine